

A tis umbra cū transitu solis p̄tereundo distinguit. Hoc ē aut̄ (ut scimus) huiusmo-
 di uasis officiū, ut tāto tēpore à priore eius extremitate ad alterā usq; styli um-
 bra percurrat, q̄to sol medietatem cœli ab ortu in occasum unius scilicet hemi-
 sphærij cōuersione metitur. Nam totius cœli integra cōuersione diem noctemq; /
 concludit. Et ideo constat, quantum sol in circulo suo, tantum in hoc uase um-
 bram meare. Huic igitur æquabiliter collocato circa tēpus solis ortui propin-
 quantis, inhæsit diligens obseruantis obtutus. Et cum ad primum solis radium
 quē de se emisit prima summitas orbis, emergens de umbra styli decedēs sum-
 mitate primā curui labri eminentiā contingit, locus ipse q̄ umbræ primitias ex-
 cepit, notæ imp̄ssione signatus est, obseruatumq; q̄ diu sup̄ terrā ita solis orbis
 integer appareret, ut una eius sūmitas adhuc horizōti uideret̄ insidere, & mox
B locus ad quem umbra tunc in uase migrauerat, adnotatus est. Habitaq; dimen-
 sione inter ambas umbrarū notas, quæ integrum solis orbem, id est diametrū,
 natae de duabus eius summitatibus metiuntur, pars nona reperta est eius spa-
 tij, quod à summo uasis labro usq; ad horæ primæ lineam cōtinetur. Et ex hoc
 cōstitit, q̄ in cursu solis unam tempore æqnoctialis horam faciat repetitus no-
 uies orbis eius accessus. Et q̄a cōuersione cœlestis hemisphærij peractis horis du-
 odecim diem condit, nouies autem duodeni efficiūt centum octo, sine dubio so-
 lis diametros centesima & octaua pars hemisphærij æqnoctialis est. Ergo toti-
 us æquinoctialis circuli ducentesima sextadecima pars est. Ipsum autem circu-
 lum habere stadiorū trecenties centena milia, & insuper centum & septuagin-
C ta milia, antelatis probatum est. Ergo si eius summæ ducentesimam sextamde-
 cimā consideraueris partē, mensuram diametri solis inuenies. Est aut̄ pars ista
 ferè in centum quadraginta milibus. Diametros igit̄ solis cētum quadraginta
 milium ferè stadiorū esse dicenda est. Vnde penè duplex q̄ terræ diametros in-
 uenitur. Cōstat autē geometricæ rationis examine, cum de duobus orbibus al-
 tera diametros duplo alterā uincit, illum orbem cuius diametros dupla est, or-
 be altero octies esse maiorē. Ergo ex his dicendum est, solē octies terra esse ma-
 iorem. Hæc de solis magnitudine breuiter de multis excerpta libauimus.

*Sol octies ma-
ior q̄ terra.*

*Qua ratione inferiorū sphaerarum stellæ in Zodiaci signis meare dicantur, cum in eis nō sint:
 curq; ex his aliæ breuiori, aliæ longiori tempore Zodiaci signa percurrant: & quomodo circulus
 Zodiacus in duodecim partes diuisus sit.*

Caput .XXI.

D Ed quoniā septem sphaeras cœlo diximus esse subiectas, exteriorē quacq;
 quas interius continet ambiente, longeq; & à cœlo om̄es, & à se singulae
 recesserunt, nunc quærendum est, cum zodiacus unus sit, & is cōstet cœ-
 lo sideribus infixis, quemadmodum inferiorum sphaerarum stellæ in signis zo-
 diaci meare dicantur. Nec longum est inuenire rationem, quæ in ipso uestibu-
 lo excubat quæstionis. Verum est em̄, neq; solem lunam ue, neq; de uagis ul-
 lam ita in signis zodiaci ferri, ut eorum sideribus misceantur: sed in illo signo es-
 se unaquæque perhibetur, quod habuerat super uerticem, in ea quæ illis subie-
 cta est, circuli sui regione discurrens. Quia singularum sphaerarum circulos in
 duodecim partes, æquē ut zodiacum, ratio diuisit. Et quæ in eam partem circu-
 li sui uenerit, quæ sub parte zodiaci est arieti deputata, in ipsum arietem uenif-
 se concedit. Similisq; obseruatio in singulas partes migrantibus stellis tenet. Et

*Quem i modis
inferiorū sphae-
rarū stelle in
zodiaci signis
meare dicantur.*

quia